

1183 esset cordis tam infatigabili, desiderio tam inexplebili, ut ne ad horam quidem desidiorum umquam deprehendi potuisset. Cuius ego vitam per singula non didici, sed pauca, quae narro, partim relatione seniorum, qui eum ab initio noverant, partim ex ore ipsius agnovi, quaedam etiam oculata fide perspexi, qui etiam capellanus eius licet ultimus, sicut tempore, ita etiam et vitae merito. Pater eius Bernerus, mater dicebatur Herca, ambo Coloniensis diocesis ministeriales sancti Petri, clari salis genere, sed multo clariore religiosa conversatione¹. Luni salern filium divinitus sortiti tradiderunt eum scholaribus disciplinis Coloniae imbutendum, in quibus studens et bene proficiens pueritiam suam sic innocentem agebat, ut iam tunc a collegis suis presago quodam cognomine modo abbas modo monachus appellaretur. Factus adolescens iamque nobiliter fundatus in grammatica^o transmissione parentum Parisius devenit ibique in artibus aliquos annis studuit habens in proposito, sicut nobis postea dicebat, post epotatas artes accedere ad medicinam nec umquam desinere ab studio discendi, donec attingeret arcem humanorum studiorum. Interea cum esset annorum ferme

Gottmann
 1) Gottmann ipse 1116 gessen, da er starb 1184 68 jährig starb.
 (V. vintae J. 177)